



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Adit Augustianu[m] conuentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Dominus Iesus augeat in nobis spiritum suum. Ego licet de Polonia proficiscar, tamen illam minus, quàm Germaniam nostram Romæ, & vbiuis Gentium fratribus commendatam esse velim in Christo Iesu Domino nostro. Tota ille quædem deinceps vita commendatissimam habuit, & qua re cumq; potuit, subleuauit.

Redit Pragam.

Februarij vigesimo die peruenit Pragam. Quotiduo ibi exacto cum fratribus, eosq; consolatus ac multis pro præsentis vsu Collegij constitutis rebus, primo Ingolstadium, inde Augustam tetendit. Aderat Cardinalis Otho Augustæ, qui sancti

*Adit Augusta
vnde conuenit.*

Doctoris accessu triumphans, beneficioque sibi ducens quicquid in eum benignitatis conferret, eius alendi partes ambitiosa quadam pietate accupatus, nulla ratione præripi sibi permisit. Domicilio etiam voluit ædibus suis proximo uti, ut agens, ut Viro Dei regendum sese totum, ac penitus traderet. Haud pares, id quod sane necesse erat, animos in eum gerebant Hæretici. Nulla non impudentissimè confingebant probra, per quæ salutiferam illam in dies latius inclarescentem infuscarent lucem, Canisio ita ob eam rem eis non infenso, ut etiam maiorem impederet caritatem.

Bene-